



## Universitätsbibliothek Paderborn

**D. Burchardi VVormaciensis Ecclesiae Episcopi,  
Decretorum Libri XX. ex Consiliis, & orthodoxoru[m]  
patru[m] Decretis, tum etiam diuersaru[m] nationum  
Synodis, ceu loci communes congesti, in quibus ...**

**Burchardus <Wormaciensis>**

**Parisiis, 1549**

Quid in primo anno obseruare debeat. ii.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10722**

quadraginta diebus sit. Et si fortè habuerit insidiatores vi-  
ta suæ, interim differatur ei pœnitentia, donec ab episcopo  
pax ei ab inimicis concedatur, & si in infirmitate detenus  
fuerit, ita ut non possit dignè pœnitere, differatur pœni-  
tentia donec sanitati restituatur. Si autem longa ægritudine  
detenus fuerit, ad sententiam episcopi pertinebit, quomo-  
do reum & infirmum sanare disponat. Completis XL. die-  
bus aqua lotus, vestimenta & calciamenta accipiat, & capil-  
lum incidat.

*Quid in primo anno obseruare debeat.*

*Caput II.*

In primo anno post quadraginta dies, totū illum annum *Ex eodē*  
lā vino, medone, & mellita ceruisia, à carne, & caseo. & *cap. 5.*  
pinguibus pīcibus abstineat, nisi festis diebus qui in illo e-  
piscopio à cuncto populo celebrantur. Et nisi fortè in ma-  
gno itinere, vel in hoste, vel diu ad dominicam curtem, vel  
infirmitate detenus sit, tunc liceat vno denario, vel p̄recio  
vnius denarii, aut tres pauperes pascendo, tertiam feriam,  
quintam feriam, & sabbatum redimere, ita duntaxat, ut v-  
nare de tribus vtatur. Postquam domum venerit, aut sani-  
tati fuerit restitutus, nullam licentiam habeat redimendi.  
Completo anni circulo in Ecclesiam introducatur, & pacis  
osculum ejus concedatur.

*Quid in secundo & tertio anno obseruare debeat.*

*Caput III.*

In secundo & tertio anno similiter diciuntur, nisi quod ter. *Ex eodē*  
tiam feriam, quintam, & sabbatum, potestatem habeat re- *cap. 6.*  
dimendi prætaxato p̄recio vbiunque est. Cætera diligenter  
omnia obseruet ut in primo anno.

*Quid in reliquis quatuor annis obseruare debeat.*

*Caput IV.*

Quatuor anni deinde restant, per quos singulos diciuntur *Ex eodē*  
tres Quadragesimas. Vnam ante Pascha cum cæteris *cap. 7.*  
Christianis, abstinentia de vino, medone, mellita ceruisia,  
carne, & sagamine, & ouis, & pinguibus pīcibus. Alteram,  
ante nativitatem sancti Ioannis. Si aliquid remanet de qua-  
draginta diebus, post Missam sancti Ioannis impleat. Ter-  
tiam, ante Natalem domini diciuntur, ut supradictum est. Et  
in quatuor supradictis annis, tertia, quinta feria, & sabbato,  
vtatur quicquid vult, & secundam, & quartam feriam redi-